



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iona Propheta

Luther, Martin

Argentorati

VD16 B 3892

IIII Nam aquæ circundabant me usque ad uitam meam, profundum circumbat me, Alga tegebat caput meum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36534

wogitationes & desperationem peruenit Iona, ex eo
quod iram & poenam Dei corporaliter & externe
sentiatur, quomodo in profundum deiectus sit, & a=
quis circumseptus, undis & procellis, catarrhactis,
& fluctibus obiectus sit, ut supra dixit, & subinde
latius percenset, inquiens:

III Nam aquæ circundabant me usque
ad uitam meam, profundum circum*bat* me, Alga tegebant caput meum.

Qui de uita mea sperare aliquid possem, aut me
consolari, quom aquæ me circumcirca ucluti in medio
pelago cœperint, algaq; super me staret, meq; tege
ret? Quod tantum ualet, In margine & littore ma
ris magnorumq; stagnorum, aut pisuarum ripis,
carectum & arundinetum esse solet, Qui ergo in
mari submersus est, is sub alga & arundine oper= bi
tus iacet, hoc est, sub aqua in qua crescat alga, Ut qc
quid in mari & circum mare est, eum sub se habeat,
etiam terra litori contigua, ut sequitur.

V Ad fundamenta montium, terra ue
ctibus suis me perpetuo cōcluserat.

Omnia enim maria, stagna & aquarum pro= bi
funda in uallibus inter montes consistunt, iam monti
um fundamenta, ima uallis & solum sunt in mari, u